

1482. d. 14. Julij

Ex Cod. Dipl. Dogialij.

Sixtus P. IV. Stephanum Archiepiscopum Vigensem
Apostolicae Sedis auctoritate Legati de Latere Nuntium,
et Commissarium, ac Generalem Collectorem, et Receptorem
fructuum, reddituum, et. in Vigensi, et Revaliensi Provin-
cijs constituit. Dat. Roma, die 14. Julij. Anno 1482. Et Ar-
chivo Magri Ducatus Sironiæ.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri
Stephano Archiepiscopo Vigensi, Apostolicae Sedis auctori-
tate Legati de Latere, Nuntio in sua Provincia Vigensi,
et in ejusdem Civitatibus, prout in alijs nostris literis pleni-
us continetur, nec non in Civitate, et Diocesi Revaliensi, fractu-
um, reddituum, proventus, aliorumq; jurium Apostolica Cam-
era debitorum Collectori, Salutem, et Apostolicam Benedictionem.
Et fideli, et sollicita, ac diligenti prudentia, providentia quoque,
et probitate circumsperta, alijsq; virtutibus, quibus fulgere divi-
vicijs, presumimus evidenter, quod ea, quae sibi commiserimus
solerti, et salubri studio fideliter exequens. Nunc est, quod nos
Te, de cuius discretionem, ac sollicitudinem plurimum confidimus,
in Vigensi Provincia, nec non in singulis dictae Provinciae, et
Revaliensi Civitatibus, et Diocesis praedictis, exemptis,
et non exemptis, Nuntium Apostolicum, et Commissarium, et
Generalem Collectorem, et Receptorem fructuum, reddituum, et
proventuum, aliorumq; jurium, et censuum in praedictis Pro-
vincia Civitatibus, et Diocesis, Nobis, Camerae Apostolicae, et Se-
di praefatae debitum, et debendum, usq; ad nostrum, et dictae
Sedis beneplacitum, tenore praesentium facimus, constituimus,
et etiam deputamus, omnesq; alios, et singulos huiusmodi
Collectores, Receptores, et Subcollectores, et praesertim dilectum
filium Michaelen Hildebrandi, Canonicum Revaliensem, et
praefatis Provincia Civitatibus, et Diocesis, quavis autho-

ritate

ritate deputato, hactenus, et omnes Commissiones super hu-
jusmodi collectione, receptoria, subcollectoria officijs alijs, sub
quavis verborum forma per quemcumque, et quavis auctoritate
factas, penitus revocando, per Te, vel alios Clericos Duntaxat
fidei, et facultate idoneos, nosse Ecclesie Romanae, et Dicte
Camerae nostrae, a prefato Michaele, et a quibuscumque Pro-
latis, Capitulis, Collegijs, et Conventibus Ecclesiarum, et
Monasteriorum quovislibet, alijsque Ecclesiasticis, Saeculari-
bus, et Regibus, et exemptis, et non exemptis Ordinibus quo-
rumcumque, ac etiam laicalibus personis, nec non Universita-
tibus, Communitatibus Civitatum nostrarum, Castorum, Vil-
larum, et Locorum quorumlibet, omnes, et singulas pecuni-
arum summas, ac rerum, et bonorum quantitates, Nobis,
Ecclesie, et Apostolicae Camerae prefatis, debitas, et debu-
das, etiam si bona huiusmodi confiscata fuerint, nec non
fructus, redditus, et proventus prout annui beneficiorum
Ecclesiasticorum quorumcumque auctoritate Apostolica col-
latorum, et in antea conferendorum, fructus etiam, redi-
tus, et proventus, census annuos, decimas, et omnia alia,
et singula iura, Nobis, Ecclesie, et Camerae praedictae, in
Civitatibus, Diocesi, et Provincia praedictis, quacumque rati-
one, vel causa debita, vel debenda, ad eandem Ecclesiam,
et Cameraam nunc, et in posterum pertinentia, quaecumque,
quocumque et qualiacumque fuerint, communibus servitijs
Prolatorum Duntaxat exceptis, petendi, exigendi, levandi,
ac recipiendi rationes, et computa a quibuscumque Collecto-
ribus, et subcollectoribus Apostolicis ac Inquisitoribus He-
reticae pravitatis, et Praedicatoribus Verbi Divini, ac Officia-
libus alijs praedictae Camerae in Provincia, Civitatibus,
et Diocesi praedicta, Deputatis hactenus, et personis alijs
quibuslibet in quantum negotia, et utilitatem Camerae

conven-

103.

concernunt, accedendi, accipiendi, et examinandi, ipsosque
ad id, si necesse fuerit, auctoritate nostra compellendi, et
constringendi, ac per ipsos recepta similiter petendi, et
recipiendi, ac de receptis, soluentes ipsos, quitandi, libe-
randi, et absolvendi, nec non contradictorio quolibet, et
rebelli, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis,
vel preeminentie fuerint, etiam si Pontificali, vel qua-
vis prefulgentis dignitate, auctoritate predicta per Cen-
suram Ecclesiasticam, et bonorum suorum sequestrati-
onem, et arrestationem personarum, aliisque jure reme-
dia opportuna, appellatione postposita compescendi,
nec non contra quoscumque Ibi, vel tuis Officialibus in-
juriantes, seu se, vel dictos tuos Officialios impedi-
tes in executione negotiorum dictae Camere, directe, vel
indirecte, publice, vel occulte, auctoritate predicta proce-
dendi, prout Ego exegerit rationis. Et si necesse fuerit ip-
sos ad comparandum coram Nobis, seu Cameraario no-
stro, aut eius locum tenente personaliter, vel legitime
infra certum terminum competentem per se eis assignan-
dum, citandi, et etiam, si opus fuerit, auxilium brachii
secularis invocandi, sententias quoque Excommunicationis,
Suspensionis, et Interdicti in contumaces, inobedi-
entes, et rebelles tam per Predecessores, tuos inibi Collecto-
res, vel eorum Substitutos, quam per se, vel a se substi-
tuendos, latis, et ferendas, si opus fuerit, aggravan-
di, vel reaggravandi, ac cum ad obedientiam debitam ve-
nerint, tollendi, et suspendendi, ipsosque ab ipsis absolu-
di, ac super irregularitate, si qua sic ligati, non tamen
in contemptum Clavium, celebrando Divina, vel immu-
scendo se illis quomodolibet, contraxerint, cum eisdem
auctoritate nostra predicta dispensandi, non obstantibus
tam

tam felicio recordacionis Bonifacii Papae octavi & Grego-
rii septimi nostri, ac de una, et duabus dictis in Concilio
Generali, quam alijs Constitutionibus Apostolicis, con-
trarijs quibuscumq, etiam si de illis, & rebus eorum teno-
ribus de verbo ad verbum habenda sit in praesentibus
mentio specialis, seu si aliquibus, vel eorum Ordinibus
communitar, vel divisim a Sede praedicta sit indultum,
quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra,
vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint,
per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expres-
sam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi
mentionem auctoritate praefata plenam, & liberam hanc
sententiam concedimus facultatem. Ita tamen quod in fructibus,
reditibus, proventibus, seu bonis alijs quibuscumq, ipsi
Cameram debitis, & persolvendis, ultra annum dilationem
dare nequeas, & quod in singulis Civitatibus, & Dioce-
si infra tuam collectoriam existentibus, si vint ampla, &
diffusa ultra unum, & si parva fuerint in duabus etiam
ultra unum duntaxat Subcollectorem non deputes, & quod
omnium, & singulorum Subcollectorum, quos Te depu-
tare contigerit, nomina, & cognomina, cum illis depu-
taveris, ad Nos, & dictam Cameram dare, & sigillate
transmittere, & quod singulis biennijs, de receptis, & ge-
stis per Te, & Subcollectores tuos in huiusmodi Collectoris
officio, rationem, & computum reddere, & calculum ponere
tenearis, nec non quicquid in praedictis per Te recipi conti-
gerit, per litteras Cambij, vel alium tutum modum, No-
bis, seu Camerario nostro, vel locum tenenti eius, seu
gentibus Camere praelibata quantumcunq, mittere non pos-
ponas. Volumus autem, quod antequam huiusmodi in-
cipias officium exercere, in manibus Reverendissimi Fratris no-
stri Guil-

favi Guilhelmi Episcopi Osiensis Cardinalis Rothoma-
 gen: Camerarij nostri, seu ejus locum tenentis, de ipso
 officio fideliter exercendo, ac alias fidelitatis debitae
 praestae Juramentum in forma solita, ipsique Subcol-
 lectores per Te deputandi ad id in manibus tuis, an-
 tequam illud exerceant praestare teneantur. Tu igitur
 praedictum officium, juxta datam tibi a Deo prouiden-
 tiam sic foveas bene, fideliter, et laudabiliter exer-
 cere, quod apud Nos merito commendari possis, no-
 straque, et dictae Sedis benevolentiam, et gratiam
 uberius consequi merearis. Datum Romae apud
 Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae
 millesimo quingentesimo octuagesimo secundo.
 Indie Idus Julij Pontificatus nostri Anno undeci-
 mo.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

